

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

M. Vitrvii ... De architectvra libri decem

**Vitruvius
Frontinus, Sextus Iulius**

Argentorati, 1543


Cap. II

[urn:nbn:de:bsz:31-128539](#)

DE ARCHITEC. LIB. IX. 207

DE NORMA, PYTHAGORICVM INVENTVM
ex orthogonij triongi deformatione. C A P. I I.

ITEM Pythagoras normam sine artificis fabricationibus inuentam ostendit, & quam magno labore fabri normam facientes, uix ad ue- rum perducere possunt, id rationibus & methodis emendatum, ex eius preceptis explicatur. Nam si sumantur regule tres, e quibus una sit pe- des tres, altera pedes quatuor, tertia pedes quinq^u, haecque regule inter se compositae tangent alia aliam suis cacuminibus extremis, schema haben- tes triongi, deformabunt normam emendatam. Ad eas autem regularum singularum longitudines, si singula quadrata paribus lateribus describan- tur: quod erit pedum trium latus, arce habebit pedes nouem: quod erit quatuor, sexdecim: quod quinq^u erit, uiginti quinq^u. Ita quantum arce pe- dum numerum duo quadrata, ex tribus pedibus longitudinis laterum, et quatuor, efficiunt: exque tantu numerum reddit unu ex quinq^u: descripi-



Id Pythagoras cū inuenisset, non dubitans à Musis se in ea inuentione monitum, maximas gratias agens, hostias dicitur ijs immolauisse. Ea au- tem ratio, quēadmodum in multis rebus & mensuris est uelis, etiam in edificijs scalarum edificationibus, uti temperatas habeant graduū libra- tiones, est expedita. Si enim altitudo contignationis, ab summa coaxatio- ne ad imum libramentum, diuisa fuerit in partes tres, erit earum quinq^u: in

CC : scilicet

E NOR

scalis scaporum iusta longitudine inclinatio. Nam quam magna fuerint, inter contignationem & imum libramentum, altitudinis partes tres, quatuor à perpendiculari recedant, & ibi collocentur interiores calces scaporum, ita enim erunt temperatæ gradium, & ipsarum scalarum collocationes. Item eius rei erit subscripta forma.

QVOMODO PORTIO ARGENTI AVRO M^E
sta, in integro opere deprehendi discerniq^{ue} posse.

C A P V T I I I .

A RCHIMEDIS uero cum multa miranda inuenta & uaria fuisse, ex omnibus etiam infinita solertia id, quod exponam, uidetur esse expressum nimium. Hiero enim Syracusis auctus regia potestate, rebus bene gestis, cum auream coronam uotiuam, dijs immortalibus in quodam fano constituisset ponendam, immanni precio locauit faciendam, & aurum ad sacoma appendit redemptori. Is ad tempus, opus manufactum subtiluer, regi approbavit, et ad sacoma pondus corona uisus est præfuisse. Posteaquam indicium est factum, dempto auro, tantundem argenti in id coronarum opus admixtum esse: indignatus Hiero se contemptum, neq^{ue} inueniens, qua ratione id furtum deprehenderet, rogauit Archimedem, uti in se sumcret sibi de eo cogitationem. Tunc is cum haberet eius rei curam, casu uenit in balneum, ibi q^{ue} cum in solum descendret, animad uerit quantū corporis suu in eo insideret, tantum aquæ extra solum efferaere. Itaq^{ue} cum eius rei rationem explicationis offendisset, non est mortuus, sed exiliuit gaudio motu de solio, et nudus uadens domum uersus, significabat clara uoce inuenisse quod quereret. Nam currens identidem græcè clamabat, εὐγένεια, εὐγένεια. Tum uero ex eo inuentionis ingressu duas dicitur fecisse massas æquo pondere, quo etiam fuerat corona, unam ex auro, alteram ex argento. Cum ita fecisset, uas amplum ad summam libra impleuit aqua, in quo demisit argenteam massam. Cuius quantita m^unito in uase depresso est, tantū aquæ effluxit. Ita exempta massa, quanto minus factum fuerat refudit, sextario mensus, ut eodem modo quo primi fierat ad libra aquaretur. Ita ex eo inuenit, quantum ad certum pondus argenti certa aquæ mensura responderet.

Cum illi